

XL diebus jejunemus. sciendum, quod duplici ratione: propter preceptum — propter sacramentum numeri. — unde omnes, qui volunt salvari, a XX annis et supra, excipiuntur infirmi, *secundum quosdam* pregnantes, cultores agrorum, pauperes peregrini, qui differre non possunt, cursores dominorum, qui taliter sunt eis astricti, quod non possunt evadere, isti comedere possunt de licentia. alii vero non debent infringere, nisi necessitas infirmitatis aliquid cogat. — Galienus: abstinencia est summa medicina. — ad hoc autem, ut jejunium sit commendabile, septem requiruntur. — humile: unde qui vult peccatorum indulgentiam accipere, sit humilis tam in vestibus quam in aliis, portando ad carnem sacceam tunicam, et deponat vestium curiositates. — mansuetum: hoc est contra illos, qui tempore jejunii crudeles sunt, sicut fere magne parvis bestiis infeste sunt tempore famis. sic quidam nullam pacem habent cum familia. — luctuosum: quod est contra quosdam, qui, ut jejunium non sentiant, occupant se scacis, cursitationibus, ludis. — afflictum: non ut quidam, qui delicatius et multo plus comedunt una vice quam comederent duabus, si non jejunarent. Freib. 2, 18^d: (Fasten brechen) videlicet per inordinatum cibum vel potum, ut quod vel nimium extra horam debitam comedat, ut jumentum, quod non servat aliquem diem jejunii vel horam. ut qui semper bibunt sine necessitate in Quadragesima, in mane vinum etc. vel quod nimium omnino voraciter, vel nimis ut lupus, qui non comedit, sed devorat. vel quod omnino nimium delicate, ut illud nobilissimum genus falconum, quod dicitur sacrum vel aërinum, quod vult delicatissime nutriri, semper recentibus precipue cordibus et cerebellis et sanguine. secundo per immundum cibum et potum, ut cibum de rapina, usura etc. conquisitum, ut comedunt usurarii et ipsorum uxores, raptrices etc. domina, quod comedis, infernalis ignis est. quilibet morsus auget ignem tuam, rane sunt, serpentes sunt, aranee sunt, venenum est, toxicum est. sed tu es ut ibis, avis immundissima, que ova serpentis pro desideratissimo cibo fert pullis suis et serpentes devorat. tertio, quod gravius est omnibus illis, est, quod inducit quosdam, ut comedant non solum rapinam etc. prohibita, sed etiam quandoque, ut comedant homines viros per detractionem. — Aus den zahllosen Äußerungen Bertholds über die *guten Werke* kann nur eine kleine Auswahl mitgeteilt werden. Sanct. 1, 2: manus